De ſacerdote p deota qui ſim plicitate verborũ ſuorum corã Innocẽtio papa eccleſiã optinuit·ca·xxix·

De ſimplici orõne conuerſi q̃ minabat Chriſto q᷒ mat̃ ei⁹ cõqueſtur⁹ eſſet de illo ſi nõ liberaret eũ a tẽtatione·ca·xxx·

De incluſa que Chriſtũ quesiuit in foramie ⁊ inuenit·xxxi·

De ſimplici ſorore in Rumede ctũ in orõe Chriſtus rñdit q᷒ eſſʒ in ſacello·ca·xxxij·

De paſſione ſimplicis marcelli·ca·xxxiij·

De paſſiõe Margarete virginis Louaniẽſis·ca·xxxiiij·

De ſimplici ocubiã ſacerdotiſ quẽ ſeipſã in fornace extinxit· capitulũ·xxxv·

De morte Lodewici ſimpliciſ mõchi·ca·xxxvi·

De morte ſimplicis monialis que caprã putabat eẽ feminã ſecularẽ·capi·xxxvij·

Incipit ſex̃ diſtictõ de virtute ſimplicitatis. Ca·p̃·

Inter õnia virtutũ anthidota contra temtationũ incõmoda ipſoſqʒ tẽtatores demões maioris efficatie eſſe videt̃ vſus ſimplicitatis· Hec virtus felle caret do ci⁹ amaitudinis ire·inuidie rãcoris caret et oculo venenato ſuſpicõis denteqʒ canino detractõnis· Simplicitas eſt maxime neceſſaia nouiter cõuerſis quia ſi voluerit nouitius ordĩne ſimplicitatis reprehendere· facta et inſtituta maiorũ iudicare quare ſic vel ſic illa ⁊ illa fiãt cũ magiſtro ſuo diſputare nũq̃ quieſcet. Vn de abbs Karol⁹ cum eſſem in probatiõe mihi dicere conſueuit·frat̃ ſi vis q̃eſcere in ordic ordis ſimplicitas ſuffitiat tibi Virtutẽ ſimplicitatis Pſalmiſta in electis admirans ait· Qui ſũt iſti q̃ vt nubes volãt ⁊ qua ſi colũbe ad feneſtrãs ſuas feneſtre colũbarũ ſũt oculi ſimplicitũ monachorũ. Horũ volatus ſublimitas eſt cõtemplationis viſus colũbinus ſimplicitas intentiõis vterqʒ oculus religioſorũ ſimplex eſſe debet exterior videlicet ⁊ interior· Ocul⁹ corporis vt procul ſit ſuſpicõ ocul⁹ cordis vt recta ſit intentio hec op⁹ p ſe malũ facit bonũ ⁊ cõuerſo ſicut i ſeqñti caplõ ſatis apto tibi oñdã exẽplo. Nouiti⁹. Bñ hoc cõcedo q᷒ ſaluatorẽ recolo dixiſſe. Si ocul⁹ tuus fuerit ſimplex totũ corpus tuũ lucidũ erit Monch⁹ Re uera vbi ſimplex fuerit intẽtio ibi neceſſe eſt vt lucida ſequat̃ actõ ſicut ecõtrario ocul⁹ neq̃

id eſt intentio mala atꝫ puerſa
totū corpus .i. opꝰ efficit tene
broſū. Vnde bn̄ in ſexta diſtin
ctiōe tractandū videtur de ſim
plicitate qꝛ ſicut ſenarius nūs
naturalit' eſt pfectus ita hec v
tus ſcd'm iam dictā ſententiā
ſalutatoris totū hoiem lumino
ſū facit atqꝫ pfectū. Jacob ſim
plex a prē bn̄dicitur filius eiꝰ
Joſeph toti Egipto a pharao
one pficit'. Job ſimplex a dn̄o
cōmēdat' virtus ſimplicitatis
a Chriſto diſcipul' predicat'
Eſtote inq̄t prudētes ſicut ſer
pētes et ſimplices ſic columbe.
Simplicitati ɔiūgit prudētiā
ꝓpter miſericordiā. Itē dicit.
Niſi cōuerſi fueritis et effitiamī
ni ſic pueri .id eſt hūiles et ſim
plices nō intrābitis in regnū ce
lorū. Simplicitas via eſt ad
deū grata angelis hominib; de
lectabil'. vnde ceteris v'tutibus
omiſſis qn̄te ſit efficatie ſācta
ſimplicitas paucis explicabo
exēplis. ¶ Ca. ij.

Dominꝰ wido abb' ciſter
cienſ poſtea cardinal' cū
miſſus fuiſſet Coloniā ad ele
ctōnem ɔfirmandā que facta
fuerat con̄ Philippū in Ottonē
retulit ibidē qn̄dā ſancte ſim
plicitatis hiſtoriā ſatis iocun
dam ſatiſqꝫ mirabilē. Dicebat
domū quandā ordinis noſtri
in terra cuiuſdā nobilis viri at
qꝫ potētis fuiſſe ſitā. Quā idē
tyrānus eo qꝛ deū non timeret
neqꝫ hominē reuererētur multis
modis ſepe moleſtauit. De an
nona vino et pecorib' quotiēs
et q̄ntū voluit tulit qn̄tum volu
it fratribꝰ dimiſit. Cumqꝫ hoc
ex cōſuetudine et q̄ſi pro lege
habēs actitaret et cōuentus q̄
rimonijs multis inutilit' tedia
ti gemētes tacerēt Die quadā
maximā ptem rapuit armenti
pcipiēs illam ad caſtrū ſuum
minari. Quo ɔgnito abb' et fra
tres ſatis turbabātur in quorū
concilio q̄d facto opus eſſ; ſa
tis tractabat'. Viſū eſt eis ali
quē ire debere ad caſtꝝ p quē
ſaltē res ei innoteſceret maxie
abbatē. Qui rn̄dit. Ego nō
ibo qꝛ monēdo illū nihil profi
timus ſ; aerē tm̄modo verbera
mus. Simili mō excuſāte ſe p̄
orē et cellerario ſubiūxit abbas
Eſt ne hic aliq̄s qui adhuc ſe
mel ire velit? Tacētibus cūctis
vnus diuinitꝰ inſpiratus pro
ince rn̄dit. Monachus ille va
dat hominē ſenem ac ſimplicis
ſimū nominās. Vocatus eſt
monachus ſi ire vellet ad caſtꝝ
inq̄ritur obedit mittit'. Qui cū
ab abbe recederet ex mlta cord'

ſui ſimplicitate verbū hoc pro
tulit. Pat̄ inquit ſi aliqua por
cio mihi fuerit reſtituta recipiā
an nō? Rn̄dit. Quicq̄d reha
bere poteris accipias in nomie
dn̄i. Melius eſt aliquid q̄ꝫ ni
hil. Abiit ille venit ad caſtrum
nuntiū abbis ⁊ fratrū cū orati
one deferēs tyrāno. Et quia ſim
plicitas iuſti ſm̄ Iob lampas
eſt cōtempta in ocul' malorū
tyrānus ſeermōs eius ꝑuipen
dens ⁊ irridēs ait. Domine ex
ſpectate donec pranſus fueritis
tunc enim reſpōdebitur vobis
Hora prādij ad mēſam cōmu
nē poſitus eſt et cibaria cōmu
nia carnes ſcilicet in bona q̄ꝫti
tate ei ſicut ceteris ſunt appoſi
te. Vir ſanct⁹ verbi abbatis
ſui remiſcens ⁊ carnes que lau
te miniſtrabātur de pecoribus
mōſterij ſui eſſe nō dubitans
q̄ꝫtum ex carnib⁹ ſumere potu
it cū ceteris ne inobediēs eſſet
mādu cauit. Domin⁹ caſtri ex
oppoſito cū vxore reſidēs ⁊ quia
mōachus mādu caret carnes
ſatis cōſiderans. finito prādio
hominē vocauit ſeorſum ⁊ ait.
Dicite mihi bone dn̄e. ſolꝫ ouē
tus veſter mādu care carnes?
Rn̄dente illo. Nequaq̄ꝫ Adie
cit. Quid cū exeunt? Nec int⁹
inq̄t nec extra carnes omedūt

Tūc tyrann⁹. Et quare vos co
mediſtis hodie illas? Reſpon
dit mōchus. Cū abbas meus
huc me mitteret p̄cepit mihi vt
quicq̄d ex pecoribus rehabere
poſſem accipe nō recuſarē. Et
quia mihi conſtabat carnes
appoſitas fuiſſe mōſterij mei
Itē quia timui nil amplius mihi
fore reſtituēdū niſi q̄ꝫtum den
tib⁹ cape poſſem omedi prop
ter obedientiā ne omino vacu
us redirē. Et quia deus ſimplicē
nō proijcit nec porrigit manū
impijs ſcilicet contra illum Audi
to eius verbo ⁊ in ſimplicitate
eius motus ymo a ſpiritu ſan
cto qui per os ſenis loqueba
tur ammonit⁹ reſpōdit vir no
bilis Exſpectate me hic ego cō
filiū habebo cū vxore mea q̄d vo
bis faciā. Ad quā cum veniſſet
⁊ ſenis ei verba per ordinē reci
taſſet adiecit. Timeo celerem
dei ſup me vindictā ſi vir iſte
tam ſimplex et tam rectus ali
q̄ꝫ nunc a me paſſus fuerit re
pulſā. Similiter ⁊ illa reſpō
dit quia eo de ſpiritu accenſa fuit
Reuſus ad ſenē ait. Bone pa
ter propter ſactā ſimplicitatē ve
ſtrā q̄ me ad miam reflexit mō
ſterio veſtro q̄cquid adhuc de
pecoribus eſt reſtituā de illatis
a me iniurijs in q̄ꝫtum potero

ſatiſfactã ⁊ nunq̄ ab hac die
illud turbabo. Ad qḋ verbū ſe
nex gratias illi referēs cū rapi
nā ad monaſteriū letus redijt
⁊ abbe ⁊ fratrib⁹ ſtupentibus
verba potētis retulit. Pacē ab
illo tempe habētes q̄nta eſſet
virtus ſimplicitatis exēplo di
dicerūt. Ecce hic exemplū q̄
opus aliq̄n p ſe malū: propt
oculū ſimplicē efficiat lucidū
⁊ bonū. Reuera mōchus idem
comedēdo carnes ⁊ hoc i caſtro
peccaſſ; ſi ſimplicitas illū non
excuſaſſ;. Q autē non ſolū nō
peccauit ymo etiā meruit rei
exitus oſtdit. ¶ Nouiti⁹. Pec
cant ne illi q̄ mōachis exeun
tib; carnes ſagimē vel ius car
nium apponūt ⁊ illos artifitio
vt comedāt decipiūt? ¶ Mō
chus. Non videntur peccare ſi
eos impellit neccītas hoſpitali
tatis vel qḋ dignius eſt feruor
caritatis. Edentē excuſat a pec
cato ignorātia vel ſimplicitas
miniſtrantē vt dixi caritas. Ec
ce exemplū. ¶ Ca. iij.
1202. Feruit. Bone memorie xpian⁹ de
canus Bunenſ vir bone
vite ⁊ valde litteratus q̄ apud
nos nouiti⁹ defunctus eſt cū
in virtute hoſpitalitatis pluri
mū feruerz die quadā Wermā
1178. nū abbatē de Hemenrode quō
dam decanū ſanctorū apoſto
lorū in Colonia virū eque lit
teratū ac diſcretū ad menſam
ſuam inuitauit. Et cū nō eſſet
ibi pulmētū ſine carnib; ſecre
te p̄cepit miniſtro vt lardū ex
traheret ſicq; piſā abbati appo
neret. Comedēte illo ſimplicit
apposita mōachus eius q̄ tam
ſimplex non fuit pticulā lardi
in ſcutella ſua repiens abbati
mox oſtdit. Qua viſa ſtatī ſcu
tellā abb amouit ꝓpter cōſciē
tiam. Venientibus eis in viā ab
bas de curioſitate mōachū ar
guit dicēs. Male habeas q̄ ho
die abſtuliſti mihi pulmentū
meū. Si tacuiſſes ego ignorā
ter comedēs nō peccaſſē. ¶ Fa
cto huic cōtrariū recordor feciſſe
Danielē ſconauie. ¶ Ca. iiij. 1201.
Tempe quodā cū idē Da
niel tūc prior noſter prā
deret in Sygeberg ⁊ eſſ; cū eo
frat Godeſchalc⁹ de Volmū
ſteyne mōachus ſimplex ⁊ iu
ſtus appoſite fūt eis a fratrib⁹
eiuſdē cenobij artocree i ſagi
mie decocte. Qḋ p̄or mox odo
ratu dep̄hendēs comedere nolu
it nō tamē monachū comedē
tem p̄hibuit. Finito prandio cū
loq̄ poſſēt dixit Godeſchalc⁹
p̄ori. Dn̄e prior quare n̄ come
diſtis de artocreis? Non mirū

ſi valde erāt bone ꝙ valde bn̄
erant ſagiminate Et quare inq̄t
hoc nō ſignaſtis mihi? Rn̄dit
prior. Ego nolui vobis aufer
re cibū veſtrū. Nolite cōtriſta
ri quia ignorātia excuſat vos.
Erat enī idem Daniel vir litterā
tus ⁊ ante cōuerſionē ſcolaſti
cus ¶ Nouici⁹. Non miror ꝙ
monachi qn̄qȝ decipiūtur in ſa
gimine ⁊ carniū pinguedīe ſȝ
ꝙ tā ſimplices ſūt aliqui ꝙ in
groſſa ſubſtātia. id eſt in ipis
carnib⁹ ſeduci pn̄t ſatis admi
ror. ¶ Monachus. Puto hoc
qn̄doqȝ fieri propter caritatē
miniſtrantiū. Cū ſanct⁹ Theo
philus Alexādrinus epiſcop⁹
tempore quodā plures ex ſan
ctis patrib⁹ ad prandiū inui
taſſet eiſqȝ carnes ex auib⁹ ap
poſuiſſet putabāt ſe omēs ole
ra comedere donec ab ipo pro
ditum eſt qd̄ appoſitū fuerat.
Non enī erat illis viſus cū gu
ſtu ablat⁹ ſȝ propter caritatē
miniſtrantis diuinit⁹ immuta
tus. Simile pene egit domin⁹
1189 Enffridus decanus ſancti An
dree tempibus meis. Hoc eti
am noueris ꝙ ex diſſuetudine
ſciā diſcernendi inter cibos gu
ſtui minuatur. Non enī mirꝫ ſi
dn̄s Theobald⁹ abbas Eberba
cenſis qui in qn̄quaginta ſex
ānis quib⁹ in ordine fuit nūq̄
carnes comedit ſb typo piſciū
illas comededo falli potuiſſȝ. Pre
dictus enī Enffrid⁹ pro riuu
lo mōchis carnes appoſuit ⁊
illi comederūt. ¶ Nouici⁹ Ca
ſum hūc plenius noſſe vellem
¶ Mōchus. Viri hui⁹ vene
rabil' vita miſericordie opib⁹
extitit ornata vt digna ſit po
ni ſuper candelabrū. Caſum de
quo queris ⁊ reliqua eius ope
ra que ex parte vidi ⁊ ex par
te alijs referētibus didici fida
tibi pandā relatione. In eadē
enī eccleſia in qua decanus fu
it litteras didici ⁊ penitet me
nūc de eius virtutib⁹ tam pau
ca inueſtigaſſe.

¶ Capitulū quintū.

Ibitur Enffridus de epiſcopa
tu Colonienſi oriundus fuit
vir ſimplex ⁊ rect⁹ et in miſeri 1182
cordie operib; precipu⁹ Qual'
eius vita ante ſacerdociū fuerit
vel quid in adoleſcencia egerit
neſcio. Quod autem cum illo
creuerit et coaluerit miſeracio.
ex actibus eius ſequentib⁹ col
ligo. Qꝫ autem docilis fuerit in
genio ſolicitus in diſcendo ef
fectus cōprobauit. Adeo enim
in puerilib⁹ fundatus erat vt
ſicut ab eo audiui iuuenis ſco
las rēgere; pueros ipōs erudire;

⁊ plurimos tā verbo q̄ꝫ exēplo nō ſolū ad diſcendū ſʒ qd̄ plu ris eāt ad bene viuendū infor marꝫ. Ordinat⁹ ſacerdos eccle ſiā in Sygeberg ꝓrochiā ſcili cet bonā: id eſt oblacōib; pin guē regendā ſuſcepit i qua ſci entiā in actuꝫ ꝓduxit foris nō māſit ꝑegrinus oſtiū eius pa tuit viatori. Pater erat vidua ruꝫ cōſolator orphanorū lima peccatorꝫ. Naꝫ cū in domo eiuſ plures nutrirētur ſcolares ⁊ eſ ſet columbine ſimplicitatis: tēpe illo quo matura erāt ceraſa di cebat cellerario ſuo. Bone licē tia pueris vt aſcēdant arbores ⁊ de ceraſis comedāt. q̄ꝫtum vo lunt ⁊ q̄ꝫtū poſſunt nec eſt ne ceſſe te eis alia dare cibaria q̄ꝛ in nullo cibo tm̄ delectanť. No hoc dicebat ex aliq̄ tenacitate ſʒ ex multa cordis ſui ſimplici tate. Qd̄ cū ꝑ dies aliquot fa ctū fuiſſʒ ⁊ licentia pueris eſſet cōceſſa ſicut eis placuit. Ait il li cellerari⁹. Certe dn̄e mihi pu eri alijs vtantur etiā cybarijs cibo deficiēt. Et acq̄euit ſtatim Poſt hec factus eſt Colonie in eccleſia ſcti Andree canonic⁹ ⁊ nō multo poſt ob vite meri tū in decanū ſublimatus. Qui licet vite eſſet irreꝑhenſibil ⁊ polleret in virtute caſtimonie

maxie tamē feruebat in opib; miſericordie. In ꝓrochia ſcti Pauli q̄ attinet eccleſie ſancti Andree paup vidua non fuit cui⁹ lares ignoraret quā ſuis elemoſinis nō viſitarꝫ. Tm̄ pa nis ex eius mēſa oſtiatiꝫ mēdi cantib; dabať tm̄ eis ex ei⁹ ma nibus i gazophilatiū Chriſti id eſt in man⁹ pauperuꝫ mitte batur vt multi q̄ eius annuos redditus nouerāt mirarentur Habebat enī cognatū Frederi cū nomie eius eccleſie canoni cū officio cellerariū. Iſte auun culuꝫ ſepius arguere cōſueuit de indiſcreta liberalitate ⁊ ipſe verſa vice increpabať ab illo de nimia ꝑcitate. Habebāt enī cōmunēs expenſas ⁊ ideo ſatis grauabať Fredericus q̄ꝛ quic q̄d rapere poterat decan⁹ occul te dabat paupib⁹. Tempe q̄ daꝫ idē Fredericus de officio ſuo multos ⁊ magnos habēs por cos occidit ⁊ in pernas forma uit eaſq; in coquinā tempi cō gruo reſeruandas ſuſpendit. Quas decan⁹ frequēter intuēs earūq; ſuſpendio ſatis inuidēs cū nullā ex eis a cognato petē poſſʒ vel ꝑſumeret dolū ſanctū dolū piuꝫ dolū memoria digniſ ſimū excogitauit. Quoties ne minē ſenſit eſſe in coq̄na ipſaꝫ

latēter intrans ⁊ nōnunꝙ̄ na
cta occaſiōe pueros emittens
ſcala ſuſpēſoriū aſcendit et ex
ea parte ꝑnas qua muro cī
gebantur omēs pene vſqʒ ad
medietatē incidit. Anteriorē
vero integrā reliquit vt aliaꝝ
inciſiōes celarentur. Iſta facie
bat ꝑ dies multos carnes ab
ſciſas viduis egenis atqʒ pu
pillis diſtribuēs. Quid plu
ra? Tandē furtū rei familiaris
cognoſcit̄ fur queritur ſed ci
cius inuenit̄. Furit clericus. ſi
let decan⁹ ⁊ cum ille fratrū pre
bendā ⁊ tocius anni ſubſidia
ſe ꝑdidiſſe cōquereret̄ vir ſan
ctus verbis quib⁹ potuit eum
lenire ſtuduit dicēs. Bone cog
nate meli⁹ eſt vt modicū pati
aris ꝙ̄ paupes moriātur. Be
ne tibi dn̄s reſtituet. Quib⁹
verbis placat⁹ tacuit. ¶ Alio
tempe eunte eo ad ſanctū Be
reonē puto ꝙ in ſolēnitate fu
eit eiuſdē martiris paup eum
īportunis clamorib⁹ ſequebat̄
⁊ cū nō haberʒ qđ illi daē poſ
ſet ſcolarē ſe ſequentē paululū
antecedere iuſſit. Secedēſqʒ in
angulū iuxta eccleſiā beate dei
genitricis Marie. Vbi epiſco
pis in die palmarū ɔſuetudīs
ē ꝑ ploꝰ facere indulgentiā qꝛ ve
ſtem aliā exuere n̄ potuit aſpi
ciēte paupe femoralia ſua ſol
uit ⁊ cadere dimiſit. Que ille le
uans gaudēs diſceſſit. Quā vir
tutē cum vir ſanct⁹ occultare
vellet nutu dei tali occaſiōe po
ſita eſt ſup cādelabrū vt poſte
ris eſſet in exemplū. Reuerſus
a ſācto Bereōe cū ad prunas
ſederet nec pellitiū ſe calefactu
rus ſcđm conſuetudinē leuarʒ
dixit ei prefat⁹ Fredericus. leua
te pellitiū ⁊ calefacite vos. Erat
enī frig⁹ ⁊ ipſe ſenex homo erat
Reſpōdente eo nō eſt neceſſe
ſubiūxit ille. Satis puto ꝙ nō
habeatis bracas hoc ipm̄ in ru
bore vultus eius conſiderans.
Tandem ille confeſſus eſt ſibi
illas delapſas fuiſſe tacita vir
tute. Ad qđ verbum clericus
riſit ꝑ os cuius hec publicata
ſunt. ¶ Nouicius. Tale ali
quid non legitur in actis ſan
cti Martini. Plus fuit bracas
dare ꝙ̄ pallium diuidere. ¶
Monachus. Propter hec alia
qʒ ei⁹ facta etiā quidā dixerūt
nunꝙ̄ ſe legiſſe de aliquo hoīe
ꝙ̄ tante fuerit circa paupes cō
paſſiōis tāte miſericordie ac pi
etatis. Veſtimēta ſua paupib;
pene ſine diſcretiōe largiebat̄
et cū algerʒ aliaqʒ mitterētur
de illis ſile faciebat. Semp ha
bebat in corde illđ ſaluatoris.

date et dabitur vobis. Cōpaſ
ſus eſt ei venerabilis pleban⁹
ſancti Jacobi dn̄s Euerhard⁹
cui⁹ memini in diſtinctōne q̄r
ta caplo nonageſimo octauo
q̄bus erat in dn̄o corvnū et am
mavna. Cum vellet ei veſtē ali
quā dare: vt illā diuti⁹ vteret̄
dixit. Ego vobis hāc veſtē; ac
cōmodabo. Nouici⁹. Puto
q̄ multū liberal' fuerit circa ho
ſpites q̄ ſic pfuſus extitit circa
paupes. Monchus. Quāta
illos caritate ſuſcepit ſequenſ
narratio declarabit. Cū die q̄
dam viros r̄ligioſos nō mihi
conſtat vtrū fuerūt Ciſterciē
ſes vel p̄monſtratēſes in hoſpi
tio ſuſcepiſſet et cibi regulares
deeſſent piſces q̄z nō haberz di
cebat coco ſuo Piſces nō habe
mus. mōchi ſimplices ſunt et
eſuriūt. vade accipe oſtiū et oſ
ſibus eiectis cū pipamentis p̄
para ſicq̄z appōes et dices. Cō
medite de bono rumbo. Qd cū
factū fuiſſet illi ſicut viri boni et
ſimplices boni ſui hoſpitis ac
ſimplicis piū dolū nō obſeruā
tes nihil etiā tum ꝓpter r̄gula
re ſilentiū. tum ꝓpter oſcientiā
interrogātes appoſita p piſce
omederūt. Scutella pene eua
cuata cū vnus auriculā porci
nā repiſſet et ſotio vidente deca

no oñdiſſet aliq̄d indignatio
nis ſimulās intulit Cōmedite
ꝑ deo monachi nō debent eſſe
tā curioſi Rūbus etiā aures h̄z
Quāni generis inimic⁹ dyabo
lus tātis virtutib⁹ inuidēs illū
q̄z turbare volēs viſibiliter tē
pore quodā ſe eius obtutibus
obiecit et verſibus hijs eū allo
quēs diſparuit.
Moes exemplificat q̄ lōgius
haud tibi reſtat
Vita: nec incolumis amplius
Effrideris.
Vides q̄ta ſit verſuti dyaboli
ſtulticia? In quo virū ſanctū
putabat ſe impedire i hoc illū
promouit. Nā poſtea circa an
nos triginta vixit tanto in opi
bus iuſtitie feruētior q̄to pro
pīxtatus ē morti fore vicinior
In q̄dā ſolēnitate: cū eum
dn̄s Adolphus maioris eccle
ſie decan⁹ poſtea Colonienſis
archiepūs ad cōuiuiū ſuū in
uitaſſz rēnuit ille dicēs ſe mg̃
nos hoſpites habē. Dicta miſ
ſa cū ad domū ſuā vir beatus
feſtinaret Godefrid⁹ eius cōca
nonic⁹ maioris decani nōriuſ
q̄ mihi iſta recitauit de feneſtr̄
ſolarij porte clericoꝝ reſpitiēs
vidit plures paupes illū ſeq̄n
tes ex q̄bus alij claudi alij ce
ci fuere. Et cū n̄ poſſent tr̄ſire

si Anno 1222 iam porta cleri-corum vocabatur quae passen portz est, quomodo non mentitur Chronicon Colo-niense pag. 217. originem huius nominis ex fabulis vulgi affingens A°. 1272. Pudere debebat Coloniensem Kemp. tam turpis fabulae, quod velint dici Suspensores Clericorum.

lapides qui plateas illic diui
dūt ipſe cū eſſet etatis decrepi
te manū ſingulis porrigebat.
Statī clericus dn̄m ſuū ad fe
neſtram vocans ait. Ecce dn̄e
iſti ſūt magni hoſpites quos
decan⁹ meus dicebat ſe habere
ꝛ nō modicū edificat⁹ eſt vter
qꝫ. ¶ Aliud quod dā pietatis
op⁹ ſimile huic ego de illo vi
di. In anniūſario dn̄i Bruno
nis Colonieñ archiepi eccleſi
is cōuentualib⁹ ad eccleſiam
ſancti Panthaleōis mr̄is quā
idem Bruno cōſtruxit conflue
tibus tū dicta pro aīa eius miſ
ſa pores ſcd̄m iſtitutū refecto
ctoriū pranſuri intr̄ſſent dn̄m
Enffridū neſcio quot paupes
ſequebātur ad oſtiū refectorij
Quē cū refectorari⁹ introdu
cere vellet paupib⁹ excluſis cō
mot⁹ ille clamauit. Ego ſine
iſtis hodie nō intr̄bo. Nouerāt
vir prudentiſſim⁹ paupes eſſe
amicos dei cameārios celi tene
habēs in memoria cſiliū illud
filij dei. Facite vobis amicos de
mamona iniq̄tatis vt cū defece
ritis recipiāt vos in eterna tab
nacula. Hic eſt qꝫ tpe quodā
cū poſit⁹ fuiſſet an̄ reliq̄as mo
nere intrātes vt darēt elemoſi
nas ad edificia ecc̄e cui⁹ tunc
cuſtos erat hijs verbis ꝑplum
allocut⁹ eſt. Boni hoies bn̄ vi
detis qꝫ grandia diſpoſita ſint
hic edificia bn̄ quidē facietis
dādo elemoſinas vr̄as ad illa
meli⁹ tn̄ ꝛ tucius in paupibus
eas locatis. Hanc p̄dicationē
bone memorie Frederic⁹ mona
chus noſter intr̄is cū militib⁹
eccleſiā ſancti Andree tūc au
diuit mihiqꝫ poſtea ſepi⁹ illā
recitauit. Perſonas deū timen
tes vt ꝛ ipſe illarū meritis eſſꝫ
pticeps de ſuo ſtipēdio paſce
re curauit. Unde ꝛ venerabilē
illā incluſam cordis noſtri do
minā Heylekam ſcd̄m nomē
ſuū vere ſanctā cuius cella mo
naſterio ſancti Andree adhere
bat de ſua prebēda quoadui
it ſuſtētauit. Aliorum eni ele
moſinas beata illa recipere re
cuſauit. Solebat autem ino
pes appellaē theſauros celeſtes
quos tinea non demollitur et
quos fures non effodunt ne
qꝫ furātur. Unde ſicut ſup̄di
ctū eſt multo illi amplior cura
fuit de cōſolacōne paupum qꝫ
de edificijs vel theſauris ꝛ orna
mētis picturis eccleſiarum. Pu
eros paupes man⁹ vlceroſas
ꝛ valde neglectas habētes qn
ſecretius epulabat̄ ad menſa
ſuam poſuit ꝛ de ſcutella ſua
comedere p̄cepit. ¶ Nouiti⁹.

Satis āmiror decani huius
pietatē humilitatē ſimplicitatē
Monachus. Audi vnū ampli
us mireris. Ciuis q̄dam Colo
nienſ nomīe Lābertus famili
aris illi erat ꝛ in vicino mane
bat. Iſte cū die quadā cum ſu
pradicto Godefrido nōīo ce
naret ꝛ confabularētur de elemo
ſinis dn̄i Enfridi. Ait me audi
ente. Dicā vobis qualit̄ me tra
ctauerit. Tempe quodā inui
tauerat me ꝛ vxorē meaꝫ ad ce
naꝫ ſuā. Sedētibꝫ nobis in mē
ſa cū illo diu eram⁹ ferculū ali
q̄d exſpectātes nīl aū nos pre
ter ſolū panē habentes. Et q̄
bn̄ nouerā cōſuetudīes eius vo
caui ad me vnū de pueris in au
rē illi hec dicēs. Dic bone da bi
tur nob aliq̄d ad cōmedendū.
Rn̄dente illo nihil habem⁹ ſuf
ficiēter enī vobis fuerat p̄para
tū. ſꝫ dn̄s meus an̄ horā refectō
nis coq̄nā intrauit ꝛ p̄parata eti
am nob reclamātibꝫ paupibꝫ
diuiſit. Tūc ego ſubridēs eun
dē puer̄ ad domuꝫ meā miſi ꝛ
tm̄ eſt de cibariꝭ allatū vt om̄i
bus cōuiuis nr̄is ſufficerꝫ. Die
q̄dam cuꝫ coquinā eius intraſ
ſem ꝛ āſeres neſcio quot verſa
rent̄ ad ignē dixi in corde meo
Certe p curat bn̄ familiā ſuam
decan⁹ iſte. Aſſis vero anſeribꝫ
ipſe intrāuit eiſqꝫ excīſis ꝛ p ſcu
tellas ordīatis viduis atꝫ egē
tibꝫ totalit̄ miſit. Sepe ei mit
tebant̄ anſeres ꝛ pulli tum ex
officō decanie tū ex dono quia
multi eū venerabant̄ cognoſcē
tes eius caritatē ꝛ q̄ multe fu
erāt pietatis q̄cquid ex eis ſiue
fratrib⁹ ſiue alijs ſuis vicinis
mittē voluit vt ſtati cōmederēt
nō viuū ſꝫ occiſū trāſmiſit. Tn̄
te vt ſepe dixi circa paupes cō
paſſiōis fuerat vt q̄nqꝫ facerꝫ
qd̄ ſcd̄m hūanū iudiciū min⁹
rectū videbat̄. Ciuis q̄daꝫ
de Colonia ſic mihi r̄tulit qui
dā ex ſacerdotibꝫ ſācti Andree
vxorē ꝓpriā minus diligēs ſe
pe illā affligebat ꝓpter qd̄ illa
furata ē ei pecuniaꝫ in bona ꝗ̄ti
tate. Cui cū maritus crimē im
poneret ꝛ ipſa fortit̄ negarꝫ ti
mēs ab illo dep̄hendi pecuniā
ꝓiecit in cloacā. Poſtea dolēs
de facto ad decanū venit furtiqꝫ
cauſā p cōfeſſionē apuit ꝛ ſatiſ
puto vir̄ ſanctū illi ſuaſiſſe: vt
pecuniā marito p̄derꝫ. ſꝫ illa q̄
cuꝫ iuramēto negauerat facere
nō audebat timēs ꝓpt̄ hoc am
plius affligi. Cui decan⁹ reſpō
dit. Si potero pecuniā habere
ſine nota vis vt dēt̄ paupibꝫ.
Dicēte illa. hoc ōīmodis deſi
dero poſt aliquot dies decan⁹

locutus eſt ciui. Vis mihi licē
ciā dare vt purgari faciaȝ clo
acā tuā ⁊ ſi aliquid īn domin⁹
ibi dederit ide tollā. Sciēs ille
eū virū ſanctū eſſe cogitās q̄
deus aliquid ei reuelaſſ; licē ci
auit. Purgata eſt cloaca inuē
ta eſt pecunia ⁊ infra dies pau
cos per man⁹ hominis pauperi
bus erogata. ¶ Nouicius In
hoc loco poſſ; detractor figere
dentē ¶ Monachus. Tria vi
dentur eū hic excuſare a pcc̄o:
Primū q̄ pecūia eadē ſicut ma
riti Ita ⁊ ſue fuit. Scd̄m q̄ tn̄
pdita fuit quā ꝓpter ofeſſiōeȝ
ꝓdere non licuit. Tercium q̄
paupib⁹ eā diſtribuit nouiſſi
me caritas q̄ eū ad hoc iſtiga
uit. Solēt eñ ſacdotes ſepe li
cēciare femīs ut maritis ſuis a
uaris et imiſericordib⁹ rapiāt
et largiant. Fecit ⁊ aliud q̄d
dā qd magis huic diſputabi
le fuit. Dum nil haberet ad co
medendum piſtrinū fratrum i
trauit ⁊ cū eſſent panes cedia
ti ⁊ poſiti in tabula ad deportā
dum cuius eſſent illi vel illi pi
ſtorem interrogauit. Expedi
tus a ſingulis a piſtore panes
illorum quos nouerat eē diui
tes in domum ſuam deportari
iuſſit dicens. Illi habundant
⁊ ego nil habeo qd comedam.

¶ Nouicius. Quomō excuſa
bitur hoc factuȝ. ¶ Monach⁹
Multa licēt ſanctis que hijs
qui ſancti nō ſunt non licent
Vbi ſpiritus dn̄i ibi libertas.
Vnde auctoritas Habe carita
tem ⁊ fac quicquid vis. Excu
ſauit eum caritas excuſauit eū
neceſſitas. excuſauit eū auctori
tas. excuſauit eum fraternitas
Caritas q̄ cōſolacō pauperū
fecit illum egere. Neceſſitas ve
ro que legē non habet de qua
Rodolph⁹ maioris eccleſie in
Colonia ſcolaſtic⁹ ſic diſcipu
lis ſuis dicere cōſueuit. Anq̄
fame morer ꝰ paib⁹ rapē macu
cifixi qd cōedere. Excuſauit eū
q̄dāmō auctoritas q̄ decan⁹
erat ⁊ pat' frm̄ Fraternitas q̄
iudicabat oīa oīb⁹ eē debē oia
ſic ⁊ ſua oīb⁹ fecerat coīa. Cū
iam ex defectu corpois etatiſq̄
ſenilis diem mortis ſue ſibi imi
nere ſentiret ne pauperē ſpiritū
aliqua terrena poſſeſſio ꝑpat
antem oneraret. domū ſuaȝ ve
didit. preciumq̄ illius nō cog
natis non amicis ſed Chriſti
pauperibus ꝓprijs manib⁹ di
miſit. Nouerat eñ decanoi cos
manus fideles p⁹ mortē minus
eē fideles. Cui cū dicēt is q̄ dom
emeāt q̄dā eccīe illius ſacdos
atq̄ decanoic⁹ noīe Conradus

dñe ego volo habē domū me
am. Rñdit ille valde ſimplicit'
Bone Corade homo ſum decre
pitus ⁊ ſenex cito moriar exſpe
cta paululū bene habebis eā.
Vbi vis vt maneā interi⁹? Ille
vir bon⁹ de nccitate faciens vir
tutē ſatis patient' obitū eius
exſpectauit. ¶ Tante igit' pie
tatis extitit vir beatus vt ſepe in
porticu eccleſie ſedēs cū paupe
res muſſo quē de nemore colle
gerāt oneratos ꝑterire cernēt
emeret ipſe nō vt eo in aliquo
indigeret. ſꝫ vt paupes a labo
re liberaret. De quo etiā retulit
mihi Remer⁹ mōchus noſter
qnq3 eiuſdem eccleſie ſcolaſti
cus ꝙ die q̄dā cū quidā pau
ꝑ plurima flabella portaret ve
nalia in iā dicta porticu nec vē
dere poſſet ſibi illū dixiſſe. Rep
ſiere eme flabella iſta. Cui cū
diceret Dñe nō eis indigeo. Re
ſpōdit. Eme ⁊ da amicis tuis.
Qui emit illa ſciēs opaſſionē
decam ſui tm̄ eſſe in cā. ¶ Miſe
ricordie viſceib⁹ ita abūdauit
vt ſuſtinere nō poſſet inq̄tū turve
tare potuit vt aliq̄s cederet' vel
iniuriaret'. Die q̄dam cū in ſco
lis clamores cuiuſdā canonici
q̄ grauiter exceſſerat ⁊ a q̄tuor
ſcolarib3 ad verberandū tene
batur ꝑteriens audiſſꝫ ſcolas
anhelus intrauit ⁊ ſicut leo ac
currēs baculūq3 cōtra ſcolaſti
cū ⁊ ſuū canonicū leuans pue
rum de manib⁹ eius liberauit.
Quid agis inq̄t tyrāne? Poſi
tus es vt ſcolares doceas nō vt
occidas. Ad qđ verbū ille cōfu
ſus obmutuit. Quāte fuerit pa
ciētie lectio ſequēs declarabit.
Die quadā ſedente eo ſcđm con
ſuetudinē in eccleſia ſic puto i
ter nonā ⁊ veſpam ſcotus quī
dā homo miſerabil' ⁊ freq̄nter
ebrius pſbiteriq3 honore ꝑ
ſus indignus ad ſolū ſolus ac
ceſſit ⁊ caputio illū trahēs extrā
cto cultello minatus ē ei dicēs.
Si nō dederis mihi aliq̄d mō
occidā te. Nutu dei canonicus
q̄dam iuuenis ⁊ fortis ſupue
niēs ſcotū dure ſatis abſtraxit.
quē cum cedere vellꝫ. mortēq3
dignū iudicaret cōpeſcuit euꝫ
vir mitiſſim⁹ dicens. Ne turbe
ris frater vide ne ledas eū. in io
co enī fecit hoc. Nemini reddi
dit malum ꝑ malo qr ſimplici
tas colūbina regnabat in illo
Et cū eſſꝫ vt ſepedictū eſt mire
miſericordie feruebat tn̄ in zelo
iuſticie. ¶ Tēpe quodā obuī
am habuit abbatiſſā ſancta
rū virginū vndecimiliū. Prece
debant illam clerici mantellis
griſeis monialium circūamicti

ſequebant᷑ domicelle ⁊ pediſſe
q̄ verboꝝ inutiliū ſtrepitu ae
rem replētes. Decanū vero in
opes ſequebātur elemoſinam
ab illo poſtulātes. Acceſſus ve
ro vir iuſtꝰ zelo diſcipline cun
ctis audiētibꝰ exclamauit. O
dn̄a abbiſſa magis deceret ve
ſtrā ꝓfeſſionē plus veſtraꝫ de
coraret religionē vt vos ſicut
me ſequerent᷑ paupes nō hy
ſtriōes. Et erubuit illa valde
nihil p̄ſumens tanto viro rn̄de
re. ¶ Tantꝰ ei inerat amor iu
ſtitie vt die quadā cum neſcio
quis ipſo audiēte loqueret᷑
de mala vita clericoꝝ quaſi ex
abrupto rn̄deret. vnū eſt qua
liter viuant. Ac ſi diceret. De
radice mala nō poteſt ſurgere
arbor bona. Nouerat enī pau
cos eſſe clericoꝝ qui canonice
intraſſent Ita vt nō eſſent ſan
guinte. id eſt a ognatis intro
ducti vel chorite. id eſt ꝑ potē
tiam magnoꝝ intruſi ſiue ſy
moniaci pecunia ſcilicet vel ob
ſequiis intromiſſi. ¶ Nouitiꝰ.
Hoc vitiū hiis tempibꝰ valde
regnat in clero. ¶ Monchus.
Verū eſt maxīe in illis eccīis
in q̄bus p̄lati electōe ſtipēdia
porrigūt. Rudolphꝰ enī epūs
Leodiēſis ita in ſymonia glo
riabat᷑ vt tempe quodā pre

benda eccleſie ſue cuiuſdā a ſe
vendita pecuniā ipſam in gre
mio teneret ⁊ multis corā poſi
tis diceret. Ego valde eccleſiā
Leodiēſeꝫ ditaui ego redditꝰ
illiꝰ ampliaui. Prebendā enī
quā anteceſſores mei pro decē
marcis vendiderūt ego ad qua
dragita marcas ꝑduxi. Et q̄
vir ſanctꝰ paucos cōſiderauit
canōicos ſuos ſimplicit᷑ intra
re paucos iudicauit in eis ſim
pliciter viuere ¶ Habebat eti
am cū zelo iuſticie amorem et
ſtudiū regularis diſcipline.
Nam poſt eū vſqꝫ ad hec tem
pa nō ſurrexit decanꝰ in illa ec
cleſia ſb quo tm̄ vigeret diſci
plina. Etiam cum eſſet i etate
decidia vſqꝫ ad diem mortis
ſue non paciebatur ſe aliquā
ebdomadā diuini ſeruicii pre
terire. Sepe miſſam in conuen
tu celebrans alienis brachiis
ne caderet ſuſtētabatur. Alle
luya feſtiuis diebus ſicut ce
teri ad gradum ipſe cantauit
Aliis exeuntibus de oratoriis
ipſe raro niſi ad prandendum
exiuit ⁊ ante altare ſancte cru
cis reſidens illic horam hore cō
tinuauit. Publice penitentibꝰ
ita erat paratꝰ vt frequēter cū
illis in porticū ſedens cartulas
legeret conſolationē impēderꝫ

oratōnū ſuffragia ſcribi facerꝫ
Tāte erat hūilitatis vt cū om̄
um eſſꝫ ſupremꝰ tam etate q̄
dignitate exceptis ꝑſonis ſo
lēnitatibꝫ ſemꝑ pene locū cho
ri nouiſſimū tenerꝫ. Veſtimē
ta eius ſatis deſpecta erāt et hu
milima nō griſea non varia. ſꝫ
ouina eiuſdē generis pallio
vſ̄es. ¶ Nouitiꝰ. Quid eſt q̄
de tanto viro nullū refers mira
culū. ¶ Monachus. Quis ma
ior Iohāne baptiſta? Nullum
ſignū feciſſe legit̄ qḋ de iuda
ꝓditore euangeliū ꝓdit. Vñ
quibuſdā nūc in Chriſti noīe
miracula facientibꝰ ipſe in fine
dicturꝰ eſt. Neſcio vñ ſitis. Di
ſcedite a me om̄es operarij iniq̄
tatis. Miracl'a de ſb'ſtantia ſā
ctitatis nō ſunt ſꝫ ſigna ſancti
tatis. ¶ Volēs dn̄s militē ſu
um emeritū remūerāre poſt la
borē tali illū ordīe vocauit ad
gloriā. In vigilia dn̄ice reſur
rectionis cū exſpectaret̄ ad ſo
lēne offitiū eo q̄ ebdomadari
us eſſꝫ repētē cepit viribꝫ deſti
tui. Vocatus ē ſupr̄dictꝰ Rei
nerus q̄ꝫ p tactū vene illius in
ianuis morteꝫ ſentiēs de ſacra
vnctōne eū monuit. modi
cū medicine ofortatiue ori eiꝰ
imponēs. Quā cū ille exipue
ret et diceret. ego miſſā in ouē
tu celebrabo r̄ndit. Miſſam in
hac vita nunq̄ celebrabitis.
Quo audito ſe inungi pecijt
et cū fratribꝫ pſalmos et letani A° 1193
am decātauit. Circ̄ horā nonā 27 marty
Chriſto reddidit ſpūm ſocian
dus ſpiritibꝰ iuſtorū. Sequē
ti die poſt ſanctū paſcha cū tu
mularet̄: dn̄s Eubardus ſan
cti Iacobi plebanꝰ cuius vitā
virtutibꝫ plenā in diſtinctiōe
q̄rta capitulo. xcviij. deſcripſi
in audiētia multorū tale de il
lo teſtimoniū dedit. Hodie in
q̄t hec terre ommēdatur caro ſā
ctiſſima q̄ ſuper terrā vixit. Et
q̄ de miracul' queſtio fuit poſt
mortem ſignis non caruit. ¶
Sacerdos q̄dam et ſtipēdiariꝰ
eccleſie nomīe Adā ſicut mihi
retulit ore ſuo cū tempe q̄daꝫ
vehētiſſimo capitis dolore tor
queretur ad ſepulchrū eius ac
ceſſit et in hunc modū orauit.
Dn̄e inq̄t ꝓpter merita ſācti hu
ius viri mitiga doloreꝫ capitis
mei. Qui mox exauditus ſanꝰ
abceſſit q̄ infirmus acceſſerāt.
Multa adhuc alia fecit iuſtꝰ
iſte opa memoria digna que
ſtudio breuitatis ſunt omiſſa.
¶ Nouitius. Vtinā eſſent ta
les om̄es decani tā ſimplices et
tā ſancti. ¶ Monachus. Recor
dor n̄c alterius cuiuſdā decanī

viri ſimplicis ac deo digni de cu
ius virtutibꝰ quedā mihi nup
rtulit magiſter Johānes deca
nus Aquenſis de eadē ciuitate
oriūdus in qua idē iuſtus fue
rat decanꝰ que tecuꝫ cōmunica
bo. Capi. vi.

f° 1209 S. Hermannus Hildeſemenſis

Fuit tempibꝰ noſtris in
Hyldenſhemēſi eccleſia
vir bonꝰ deoqꝫ carus nomine
Hermānus varijs virtutibus
virtutūqꝫ opibus adornatꝰ.
Vigilijs ſanctis oracōnibꝰ ie
iunijs et opibus miſericordie
deo ōnipotēti ſtuduit placere.
Quibꝰ opibus hūani generis
inimicꝰ irritatꝰ cū illum ōmbꝫ
mōis impedirꝫ dicere ei ſolitꝰ
eāt. O multū male dyabole vt
q̄d tm̄ me vexas? Tpe quodā
cū arbuſculum in pomerio ſuo
plātaret et trūco illiꝰ duas vir
gas inſerēt vna aruit et alteā cō
ualuit. Mox ſignum petēs a
dn̄o ait. Rogo te op̄s deus vt
ſi voluntas tua ſit vt ſacerdos
ſiā fac vt ſurculꝰ hic aridus re
uireſcat Mira clemētia Chriſti
ſtatī v̓ga arida ſucco cepit
aīari et tempe ſuo fru ctificaē
Sicqꝫ virtꝰ diuina q̄ Aaron
primū ſacerdotē p virgā aridā
cōn naturā florentē in ſacerdo
tio cōfirmauit hūc virū ſacer
dotio dignū eadē virtute pōn
dit. Poſt cuiꝰ mortē cū quidā
eiꝰ cléricꝰ Euerhardꝰ nomie
cui eccleſiā viuus cōtulerat vi
ſum pdidiſſet et q̄tidie ad illi
us tumbā in ſanctitate ac pie
tate eius ſpē habens oraret po
ſtulās ſe propt̓ merita dn̄i ſui
illuminari ſactus Hermānus
die quadā viſibiliter illi appa
rēs ait. Quid vis vt faciā tibi?
dicēte ceco. Dn̄e vt videā voce
euangelica ſanctus ille rn̄dit
Reſpice nam fides tua te ſaluū
fecit Eadē hora clericus lumen
recepit et quia dominus mirifi
caſſet ſanctū ſuum in ſeipſo ex
pertꝰ q̄ꝫ diu vixit gratias egit
Poſtea cū quidā egrotus ad
memoriā martirū fuiſſet depor
tatus nec ſanatꝰ conſilio cuiꝰ
dam iam dicto cōfeſſori votū
fecit et conualuit. Factū eſt vt
in āniuerſaria die domini Her
manni eccleſiā intraret et com
pulſantibꝫ cāpanis cū ille cau
ſā inquireret et q̄dam ei rn̄de
rēt. Hodie dies eſt aniūſaria
dn̄i Hermāni eccleſie huiꝰ qn̄
qꝫ decani viri boni et iuſti et di
cēda eſt miſſa in cōuentu pro
eo reſpondit homo. Rogo vt
oſtēdas mihi ſepulchrū eius.
Qd̄ cum ille feciſſet et iſte ibidē
diutiſſiē ac deuote oraret can
tor eccl̄ie hoc cōſiderās hominē

ſolus conuenit cauſam eorum̄
inquiſiuit et agnouit. Sicq; p
os pegrini onſa ſūt merita eo
meſticia et quez fratres habue
rāt decanū hattenus nūc inuo
care cepert patronū. Nouí
tius. Rara ſūt iſta tempib; no
ſtris. Monachus. Ego ſupra
dicti decani opa pietatis hui9
decani pfero miracul'. Illa eniz
vt dixi ſanctū ſatiūt iſta ſāctū
oſtendūt. Nouiti9. Satis
placet qd dicis. ſi adhuc aliq
noſti de opib; ſimplicitatis re
ferre ne pigriteris. Mona
chus. Dicā tibi hyſtoriā hoim̄
ipſis ſimpliciſſimi p naturā: per
quā ſatis cognoſces q̄tuz deo
placeat ſācta et prudēs ſimpli
citas que habet p gratiā.

## Capitulū. vij.

In eccleſia ſācti Gereōis mar
tiris ciuitatis Colonieñ noſtris
tēpibus canonicus q̄dam ex
titit wermbold9 nomie gene
re nobilis diues ſatis in ſtipen
diis eccāſticis. Hic tante ſim
plicitatis fuerat vt nullius rei
ſummā capet niſi q̄tum ex pa
ritate numei vel impitate colli
gere poſſet. Cū tempe quodā
multas haberz pnas in coq̄na
ſua pendētes ne aliq ei ſbtrahi
poſſet intrauit et in hūc modū
eas nūauit. Ecce pna et ei9 ſo
cia. ecce parna et eius ſocia. ſic
q; de ceteris. Vna ex illis neq̄
tia ſeruoꝝ ſubtracta cū iteruz
intraſſz et pdicto modo ſuas p
nas numeaſſz impares inuem
ens exclamauit. Vnā ex pnis
meis pdidi. Cui ſerui ſubridē
tes rn̄derunt. Dn̄e bene inuem
etur. Illo q; educto cū vna ite
rū ſubtracta numerū parificaſ
ſet et ſic induct9 ſcdo eas nūaſ
ſet pareſ q; rpiſſz ſatis iocūde
dicebat ill'. Eya vos dn̄i mini
diu poteram tacuiſſe. Cū ſerui
ſibi conuiuia facere voluert dix
erūt ad illuz. Dn̄e quare nō p
uidetis nob valde eni infirmuſ
eſtis? Quib; cū diceret vn hoc
noſtis boni pueri? Reſpōderūt
Bene cōſideram9 in capill' ve
ſtris eo ꝙ inflati ſint. Quez in
lecto reclinātes cibariis delica
tis quaſi ei9 infirmitati ppatiſ
ſeipſos rfecerūt. Audiens tan
tā ſimplicitatē ruſticus q̄dam
neq̄ et aſtutus et ꝙ huius eius
eſſz exigmari9 ab omibus ata
uis ſuis cōfinxit Non potui in
q̄t dn̄e vt res veſtre tali mō di
ſtrahant ſufferre vel ꝙ ſic neg
ligātur ſeruus eni veſter ſuz iu
ſtū eſt vt nobilitati veſtre ſer
uiā et que veſtra ſunt fidelit' cu
ſtodiā. Quid plura? Cōmiſſa
ſunt ei omia. Qui noctibus cū

dn̄s eius iſſet dormitū ad pru
nas cū ſeruis ſedit ⁊ potacioni
bus vacauit· Cū vice quadā
ioculatorē introduxiſſet ⁊ ille
dulcedine fiale dormiētē excitaſ
ſet ſurgenti ſeruus occurrit di
cens· Quo vultis ire dn̄e? Rñ
dente illo melodyā audio dul
ciſſimā ſꝫ neſcio vbi ſit: ſeruus
ſubiunxit· Redite ad lectū ve
ſtrū· monachi tuicienſes in or
ganis cantāt· ¶ Nouiciꝰ· Pu
to ꝙ peccent qui ſic ſimplices
irrident· ¶ Mōachus· Hoc
fixū teneas· Audi q̄d ſanctus
Job dicat· Deridet̄ ei iuſti ſim
plicitaſ ſuper quē locum dicit
Gregoriꝰ Juſtorū ſimplicitaſ
irridetur ꝗ ab huiꝰ mundi ſa
pientibꝰ puritatis virtus fatu
itas creditur· Omne enī q̄d in
nocenter agūt ab eis ꝑcul du
bio ſtulticia putat̄ ⁊ quicq̄d
in opere veritas approbat car
nali ſapiencie fatuū ſonat· ¶
Nouiciꝰ· Videt̄ mihi vir iſte
magiſ fuiſſe ſtolidꝰ ꝙ ſimplex
ꝗ ſimplicitas prudētia carere
nō debet ¶ Mōachus· Prudē
tia in p̄cauendis malis ꝯſiſtit
cuiꝰ virtutis expers non fuit·
Jgit̄ diuino nutu factū eſt vt
in eccleſia ſācti Gereonis cuiꝰ
redditꝰ multi ſunt ⁊ ampli cel
lerariꝰ efficeretur· Et ſicut legi

tur de ſacto Joſeph· cum nihil
noſſet niſi panē quo veſcebat̄
nec hoc ad plenum dn̄s cui ac
cepta eſt ſimplicitas defectū
eius ſuppleuit et oīa ad que
ſuas manꝰ miſit benedixit Die
quadā intrans granariū eccle
ſie cū plures cattos in ānona
diſcurrē vidiſſet vix horā capi
tuli exſpectare potuit· Proſter
nens ſe añ pedes decani officij
ſui petiuit abſolucōnem claui
bus reſignatis· Dicēte decano
⁊ fratribꝫ bone dn̄e wermbolde
quid hētis cur iſta facitis? Rñ
dit ꝗ nō poſſum vidē damnū
ecc̄ie· Quale inquiūt damnū?
Et ille· Hodie plures cattos
vidi in ḡnario q̄ totā annonā
veſtrā deuorabūt· Rogantibꝫ
illis ⁊ dicētibꝰ· Catti annonā
nō comedūt ſꝫ mundāt vt cla
ues reciperet vix optinuerūt· Ex
ꝑimēto enī didicerāt ꝙ bn̄dix
it eis dn̄s ꝓpter ſimplicitatē il
lius Vice quadā cum diuerſe
monete ex diuerſis cenſibꝰ pe
cuniā haberet quidā ex ſeruis
eius partē furtiue tulit ⁊ fugit
Quo ꝯgnito cū grauit̄ lamen
taret̄ ꝯſolantibꝰ ſe rn̄dit· Ego
nō defleo damnū ſꝫ periculum de
narij datiui nō ſūt miſer capi
etur ⁊ ſi pro eis fuerit damna
tus ego reus mortis ero illius·

¶ Nouiti9. Tales viri tempi
bus iſtis nō̄ eligerētur in cel
lerarios· ¶ Mōchus· Sic mu
tant᷑ tempa· Ita ⁊ homies Nā
vſqȝ hodie freq̄nter cō̄tingit:
vt ſub p̄latis ⁊ offitialibȝ ſim
plicibȝ domus r̄ligioſe in extri
oribus ꝓſitiāt ⁊ ſub aſtutis ⁊
in ſcola mū̄di exercitatis nō̄ ꝓ
ficiant· ¶ Ca·viij·

Apud mōſteriū̄ ſancti Ni
colai in villa Bruwilre
mōachus fuit ſimpliciſſimus
nōmie Chriſtian9· Huic abbꝫ
cellerarij offitiuȝ iniūxit· Deus
vero q̄ amator eſt recte ſimpli
citatis omnia opa eius dirige
bat· Ita vt tempe prouiſiōis
eius plus abū̄daret domus in
ō̄mibus neceſſarijs q̄̄ ātea vel
poſt. Sepius ei ſerui mercēna
rij annonā̄ vinū̄ ⁊ alia q̄̄ plu
ra furati ſūt vxoribȝ ⁊ liberis ſu
is ea deferrētes· Et cū̄ ſciret ⁊ q̄n
qȝ videret ex multa cordis pie
tate videre ſe diſſimulauit dicens
intra ſe· Iſti paupes ſūt ⁊ indi
gent fratribȝ neceſſaria nō̄ dee
rūt· Simplex q̄nq̄ȝ mimo vel
ioculatori cō̄patur· Sic illius
v̄ba vel opa in eorū̄ ore vel ma
nibȝ q̄ ioculator nō̄ eſt ſepe di
ſplicēt ⁊ pena digni ſūt apud
homies tamē̄ que ab eis dicta
vel facta placēt Ita ē de ſimpli
cibus· Vt ſic dicā̄ ioculatores
dei ſunt ſanctorū̄qȝ angelorū̄
ſimplices· Quorȝ opa ſi hij q̄
ſimplices nō̄ ſūt q̄nq̄ȝ facerēt
haud dubiū̄ q̄n deum offende
rent q̄ in eis dū̄ ꝑ ſimplices ſi
unt delectat᷑· ¶ Ca·ix·

In porceto mōchus q̄dam fu
it tn̄te ſimplicitatis vt ſingul᷑
pene diebȝ in balneis q̄ ibi an
te oſtiū̄ monaſterij naturalit᷑
calēt int᷑ paupes ſederet ⁊ pau
perū̄ dorſa fricaret capita ablu
eret veſtimenta mū̄daret· Pro
qua re cū̄ taȝ ab abbe q̄̄ a fra
tribȝ crebrius ⁊ acrius argue
ret᷑ nō̄ ꝓpter hoc dimiſit ſȝ hijs
verbis valde ſimplicit᷑ r̄n̄dit·
Si ego mō̄ deſiſtereȝ q̄s pau
pibȝ iſta exhiberet? Qȝ ſi alius
quem ſimplicitas excuſare nō̄
poſſet talia p̄ſumpſiſſȝ contra
abbis ſui impiū̄ haud dubiū̄
q̄n deū̄ grauit᷑ offendiſſȝ· Me
lior ē eniȝ obedientia q̄̄ ſtulto
rū̄ victime· Qȝ autē̄ p̄dicti ſim
plicis opa deo placuerīt ſeq̄ns
miraculū̄ declarabit· Tpe quo
dam cū̄ orōnis cauſa iſſȝ Colo
niā̄ in domo cuiuſdā̄ Abr̄he ho
ſpitatus ē· Nocte eadeȝ cū̄ ſig
nū̄ matutinaruȝ pulſaret᷑ in ec
cleſia beati Petri ſurrexit illuc
qȝ feſtinā̄s cū̄ ſolarij feneſtrā̄
in q̄ dormiebat vidiſſet aptaȝ

oſtiū eſſe putās p eam exiuit.
ſicq3 mirabilit' depoſitus ad ec
cleſiā puenit. Finitis matutis
rediens cū ad ianuam domus
pulſaret ⁊ interrogaret' ab in
tromittētib3 vn̄ veniret vel vbi
exiuiſſet ex eius rn̄ſione q' nō
per oſtiū ſ3 p feneſtrā egreſſus
fuerit cognouerūt. Ipſe ſibi tn̄
eiuſdē miraculi cōſcius nō fuit
Et cū eadē feneſtr' bn̄ mihi no
ta ſatis alta ſit haud dubium
qn̄ a ſanctis angelis depoſitus
ſit vt impleret' in eo qd' de capi
te ſcriptū eſt. Qm̄ angelis ſu
is mādauit de te. vt cuſtodiāt
te in ōnibus vijs tuis. In mani
bus portabūt te ne vnq̄ offen
das ad lapidē pedem tuum
Qm̄ fidus cuſtos ſimplitiū ſit
dn̄s ſequēs oñdit relatio.

Capitulū. x.

Homo q̄dam ſimplex En
gilbert9 nomie. de puin
1182. tia tulpeti nat9 an̄ paucos an
nos defunct9 eſt. Iſte cū eſſ3 ce
cus natus ꝓpter varia dona q̄
bus homine eius interior e illu
minauerat gr̄a diuina in diuſis
ꝓuincijs noſcebat' ⁊ a multis
magniſq3 pſonis ſexus vtriuſ
q3 venerabat'. In cappa ſimpli
ci ⁊ tunica lanea nudiſq3 pedi
bus tā eſtate q̄ hyeme incede
bat ⁊ puero ſe regēte ſic limina
ſanctorū ſatis remota ſepi9 vi
ſitauit. Carnib9 nūq̄ veſceba
tur nō lectiſternijs ſ3 modico
tm̄ ſtramis vel feni noctib3 vte
bat'. Ego multa bona de eo vi
di ⁊ ipſe multos tā verbo q̄ ex
emplo edificauit. Hic tempe
adoleſcētie cū nocte quadā in
domo matertere ſue matrone di
uitis inter alios eius ſeruos ſe
cubitū locaſſet in ipſo ocīnio
duo fures parietē ſuffodiētes
ingreſſi ſunt. Qui igne diſco
operto lumine inceſo ciſtis aꝑi
tis intrepide colloquebātur.
Quos vt p̄dictus Engilbert9
audiuit ⁊ fures eos eſſe nō du
bitaret cū ſeruos ex vtroq3 la
tere dormiētes excitare nō poſ
ſet ſ3 ſellio cultello ſuo pſoato
collo iniecit et clāua manū ar
mauit. Et q2 illos quaſi cecus
videre nō potuit duce auditu
ad illos tendēs ⁊ clauam vtra
q3 manu vibrās ex omni parte
quicq̄d tangere potuit quaſi
furioſ9 feriēs de domo illos eie
cit. Quos vſq3 ad foramē ſecu
tus dū aditū ſcala obſtruer3 ⁊
illi ſtantes extr' domū neminē
preter ipm ſolum vigilaē ſen
ſiſſent de tali expulſioe cōfuſi
hito ꝯſilio denuo niſi ſūt intra
re. Quod vt ille ex motu ſcale
ſenſit vnam partem ſcale arce

migne in qua cōtinebātur gra
na ⁊ erat forami cōtinua ſuppo
ſuit alterāqꝫ vtraqꝫ manu ſerua
uit. Illos intrātes vſqꝫ vmbili
cū Engilbertus dorſa eorū qꝛ
pn̄ iacebāt ꝑ ſcalā fortiter pſ
ſit ⁊ in tm̄ depreſſit vt nō ſolū
eis ꝓgreſſum ymo etiā regreſ
ſum ꝓrſus adimeret. Qui q̄ſi
ſb torculari poſiti dū mane ca
pi timerēt veniā poſtulauerūt
Datis vero terribilib⁹ iuramētis
q̄ nunq̄ pſonam eius lederēt
vel domū illam intrarēt. Dimiſ
ſi ſūt. Mane cū prodēte Engil
berto a vicinis nulla arte doce
mētes poſſent excitari ⁊ quere
rentur circa domū maleficia q̄
rū virtute hec nouerāt fieri ſu
pra foramē de tecto pcedens q̄
ſi ſpinā humani cadaueris re
pierūt. Qua amota mox om̄s
excitati ſūt. ¶ Nouici⁹. Mag
na ſūt iſta ab homie ceco ⁊ ſim
plice geſta. ¶ Mōchus. Ma
ius eſt qđ ſeq̄tur qꝛ ad ſalutē
ptinet animarꝫ. Nā multis an
nis elapſis ijdē fures fama ⁊ v
tutib⁹ iam dicti Engilbti exci
tati eiuſqꝫ vt opinor p̄cibꝫ cō
pūcti euꝫ adierūt. Et qꝛ ipſi eſ
ſent cōfeſſi deinceps duxerūt vi
tam religioſā. Hoc factū mira
bile ⁊ alia q̄dam de q̄bus in ſe
quētibus dicet̄. ab alijs mihi
relata ⁊ vtrūꝫ nam vera eſſent
a me interrogat⁹ Ita geſta fu
iſſe ſimplicit̄ teſtatus ē. Et qꝛ
cū ſimplicib⁹ ſmocinatio dn̄i
eſt. dedit ei etiā ſpūm prophe
tie. vt damnū lumis exterioris
claritate oculorū interiorū cō
penſaret̄. ¶ Tempe quodaꝫ
inuitat⁹ a ducissa Saxonie vx
ore Henrici ducis Matrōa val
de religioſa int̄ alia multa q̄a
vn⁹ ex filijs eius impator eſſꝫ
futurus p̄dixit. Qđ poſtea im
pletū vidimus in Ottone qui
Henrico ſucceſſit in impio. Hic
cū poſt electōnem in maxis fu
iſſet tribulacōibus et pene ab
ōmibus deſpatus ab eodeꝫ ceco
cōfortat⁹ eſt. eo aſſerēte qꝛ om
nino ōis forent implēda que a
deo fuerant p̄ordinata. ¶ An
illa tempa cū Helſwindis de
Bieminpech vidua religioſa
ob diſcordiā duorum comitū
terre nr̄e timeret filijs ſuis Ar
noldo ⁊ fratrib⁹ eius ipſumqꝫ
rogaret vt ꝑ ipſorū incolumi
tate deo ſupplicarꝫ: Rn̄dit. Ne
ſolicita ſis ꝑ iſta diſcordia qꝛ
bn̄ ſopiet̄. Naꝫ alia multo ma
ior in ianuis ē pro q̄ non ſolū
filij tui ſꝫ ⁊ tota terra ꝯcucietur
Hoc impletū eſt ſub iā dicto
Ottone ⁊ Philippo eius in rḡ
no aduerſario. ¶ Die quadā

1198. Pantaleonis alias in Indice Farraginum Gelenianarum A. 1220.

eūte eo in quadā ſtrata Colo
nie occurrerūt ei plures hone
ſte matrone eiuſdē ciuitatis eun
tes ad eccleſiā· Que dū confa
bularētur ait· State vos dn̄e
Stantibꝰ eis adiecit loquat̄
illa que iā loquebat̄· Cū ven
tum fuiſſet ad Aſtradā que ho
die ſanctimonialis eſt in mōte
ſācte walburgis voce eius au
dita Engilbertꝰ cunctis audiē
tibus ꝓphetice reſpondit. Hec
cū omni domo ſua cōuertetur
ad Chriſtū· Quod non multo
poſt impletū eſt· Nam cū mai
to filio ⁊ filia que hodie abba
tiſſat in iā dicto cenobio ſeruo
⁊ ancilla in ordinē noſtrū venit
Vides ꝙ celeriter in aptione
oris p̄ſate femine deꝰ reuelaue
rit auriculā eius· De ſtatu ani
marū plura dicere conſueuit ⁊
nōnunꝗ̄ vt aiunt ſpiritus er
roris ſiue humanus eū fefellit
Nec mirū· Nō ſemꝑ ꝓphete lo
quebātur ſpiritu ꝓphetie ſicut
Nathā qui Dauid ad hoc ſpi
ritu ſuo hortabat̄ qd̄ ſpituſſā
ctꝰ mox ꝑ eum fieri ꝓhibuit ¶
In q̄dam ſolemnitate dn̄e no
ſtre cū matertera eius p̄dicta
veſꝑe iret ad proximā villam
propt̄ matutinas ⁊ diceret illi
Engilbte cras mane venias ad
me· In ipa nocte an̄ lucem au
diuit vocē cuiuſdam ad oſtiū
pulſantis atq₃ dicētis· Engil
berte veni eamꝰ ad matutinas
Quā vocem cū non agnoſceret
ſurrexit tamē ⁊ ſecutus eſt illū
ductuſq₃ eſt in eccliam quādā
in qua audiuit matutinas pri
mā· tertiam· ſextā· nonam· De
inde dum ſolꝰ reuerteret̄ ⁊ vbi
nā fuiſſet interrogatus fuiſſet
Rn̄dit· Nūꝗ̄ audiui tam pul
chrū cantū tā ſuauē melodyā
miſſam tā glorioſā ſicut audi
ui hodie· Et hoc ſequēti āno ei
iterū cōtigit· Non dū enī ſuſce
perat habitū religioſū· Nocte
quadā de lecto ſuo raptus trā
ſpoſitus eſt iuxta caſtrū Hol
bach in ſolitudinē ſatis horrē
dam In eodē loco egreſſa anīa
eius de corpe vniuerſos angu
los ⁊ ſitus eiuſdē ſolitudinis
luſtrauit ⁊ cōſiderauit· Ita vt
poſtea eo recitāte multi mirarē
tur· Regreſſa anīa dyabolꝰ er
rāti occurrit dicēs· Corpꝰ tuū
meū eſt· Illo ſe ſignante ⁊ ſan
ctā dei genitricē inuocante ad
iecit· Media pars capitis tui
mea eſt eo ꝙ pulſata veſpera
ſabbati fuerit lota· Et ſtati mi
ſit maſſam picis in illā· Que
poſtea cū maximo labore mul
torū depoſita eſt· Cū vero mo
riturꝰ eſſet mater eius flēs ait·

O fili dulciſſime mō recedēs a
me dimittis me in maxia infir
mitate. Reſpōdit ille. Sācta
Maria liberabit te mat᷑. Eoq̃
exſpirāte eadē hora ſanata eſt
illa ab infirmitate duriſſima i
qua nouē ānis laborauerat. Le
gi in libro viſionū beate aſzeli
ne q᷑ in celeſti māſione ſedē vi
derit vacuā mire pulchritudis
et glorie et dictū eſt ei q᷑ eſſet
cuiuſdā ceci de Alemania et ſta
tī intellexi de fratre iſto Engil
berto. ¶ Nouiti⁹. Vt audio
multū deo cara eſt ſimplicitas
¶ Mōch⁹. Nō ſolū deo pmo
et hominib⁹ placet et qñq̃ ma
ioris in aurib⁹ eoꝝ efficatie q̄
